UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol. Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm Crvcifixvm

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

64. Nec loquitur, nec cogitat de Passione Domini sine lacrymis & contritione.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55065

Visual Library

IV.

AMATOR CRVCIFIXI

nec loquitur, nec cogitat de Paſſione Domini ſine lacrymis & contritione.

64. VIRGO *Anonyma.* *Anno circiter* 1226. *Viſio* CRVCIFIXI. *Effectus viſionis.*

VIRGO quædam religioſa, licet adhuc in habitu ſeculari vitam ageret, cum multis lacrymis retulit F. Gerlaco Monaſterij Heiſterbacenſis Suppriori, quod Saluatorem in Cruce pendentem cruentis Vulneribus videre ſit ſolita. Nec minus, inquiebat, illum video, ſi paſſione & dolore vigente oculos clauſero.

Tantum autem dicta Virgo profecerat ex viſione iſtiuſmodi, vt de Domini Paſſione, neque loqui poſſet, neque cogitare ſine lacrymis & contritione. Nimirum, de amariſſima PASSIONE Domini, quaſi de fonte vberrimo torrentes, & flumina lacrymarum deriuantur. Quod plurimorum exempla confirmant.

Cæſarius lib. 8. hiſtoriar. memorabil. cap. 10.

V. A-